



**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio XIX. Quando nihil inuenitur de instrumentis maleficij, an denunciatio plurium per hoc elidatur, ita vt non amplius præbeat indicium ad torturam?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](#)

certum, fructum vero incertum fore. A  
Deniq; non possum mihi persuadere,  
plus fidei deferendum vlli huiusmodi  
reuocationi extra judiciali, quam iudi-  
ciali legitimæ denunciationi: cum pro  
hoc semper militet iuris firma presump-  
tio.

## QUÆSTIO XIX.

*Quando nihil inuenitur de instru-  
mentis maleficis, an denunciatio plu-  
rius per hoc elidatur, ita ut non  
amplius praebeat indicium  
ad torturam?*

**I**CET inuentio instrumentorum sit signum & efficax argumentum aduersus maleficos, sicut de monetarijs & furibus certum est, Hippol. Mars. in l. qui falsi. m. D. de fals. num. 114. & infra Decian. in criminal. lib. 7. cap. 26. num. 6 & dicit constitutio Carolina Binsfeld, in l. fin. C. de malefic. & mathemat. Tamen ex non inuentione non potest colligi idoneum argumentum in contrarium, quia non ex sola inuentione instrumentorum crimen hoc probatur, sed ex alijs quoque multis, ideo ut argumentum procedat deberet esse signum conuertibile, & proprium quarto modo.

Idcirco bene Ingolstadienses supra & Friburgenses responderunt negatiue: quibus assentior. sicut enim indica possunt valere sine denunciatione, si denunciatio sine indicijs, nam licet inuicem corroborent, ab inuicem tam non dependent, & separari possunt. Quam facile versipelles istae possunt indicia perdere, abscondere, removere?

## QUÆSTIO XX.

*An leuiora indicia sufficient ad tor-  
turam in criminibus non  
exceptis?*

**S**I solas DD. sententias spe-  
mus, ambigamus necesse est,  
ad eo diuersa responderunt:  
saltē quo ad loquendi mo-  
dum. nam in re fortassis non tanta dis-  
fensio est. quid tenendum cense-  
am satis explicui libr. 5. disquisition.  
sect. 3.

Non queritur an liceat ex non legiti-  
mis & insufficientibus indicijs procedere?  
sed an in hoc crimine indicia leuora, suffi-  
cientia censemantur: & leuia hic vocamus,  
non secundum se, aut absolute lo-  
quendo: sed quæ comparatiue seu re-  
latiue, respectu eorum quæ in criminib-  
us non exceptis requiruntur, leuia vi-  
deantur, & idcirco comparatione isto-  
rum sunt leuiora, quam in his requisi-  
ta: non vero qua sint leuiora seu minus  
sufficientia, quam ius, aut natura cri-  
minis requirat.

Hoc posito, Respondeatur affirmatiue.  
quia in his criminibus magis expedit  
reipubl. leuiora admitti indicia, cu fin  
occultiora & difficilioris probationis  
crimina, & digniora quæ citius & gra-  
tius puniatur. Idem responderunt Ingol-  
stadienses & Friburgenses DD. & etiam  
Patauini, à quibus optime Bald. in l. qui-  
cunq;. §. 25. C. de fugitu. serm. n. 25. expli-  
catur, ut seipsum explicat in l. nemo 3. D.  
de Episc. audiend. nempe quod in his in-  
dex animosior & promptior debeat es-  
se ad torturam, quæ est sententia com-  
munis. Ias. in l. 4. §. sibi indicium. numer.  
4. D. de condicō, ob turp. caus. Suzar. Mar-  
fil. Grammat. Casón. Clár. Carrer. Conrad  
Boff. Brunum. Ponticell. & alios referunt  
seqq.